

orsim definita *Verarum Intelligentia* potius quam *Scientia* dici debet.

§. 17. His igitur duobus principiis quasi materialibus ^{(c) *Historicæ*} suppositis *Historicus κατ' ἐξοχλῶν* sic dictus certâ methodo ipsas res gestas concinnè tradit, & principia politica statim inde excerpit & suppeditat: ex quibus postea penitior *Politica* si non demonstrationes, tamen consilia, pro ratione status exsculpere possit. Et in hoc ipso *formalis* etiam *Historicæ ratio* consistit. Unde facilè constat, *Historicam*, quoniam non demonstrat, sed principia saltem demonstrationum & consiliorum cudit, non esse scientiam, sed saltem, ut initiò diximus, *rerum in mundo gestarum ad civilem vitam pertinentium intelligentiam*. Atque hæc est *Prima vera Politicæ pars*, ^{Quibus nititur Vera Politicæ} nempe fundamentalis & quasi seminalis h. e. scientiæ civilis *feminaria* complectens: cui præmissæ, *formalis* succedit, quæ animam largitur *Politicæ*, complectens accuratas de Republica tam constituendâ quam ornandâ regulas, (non ociosas de distinctione terminorum altercationes) nempe rerum & actionum civilium demonstrationes (quæ necessaria) & consilia practicabilia (quæ res dubias) omnia ad felicitatem humanæ societatis, & potissimum ad solennem Divini Numinis celebrationem, & in eo præcipuè consistens *Summum Bonum* impetrandum, dirigendo. Cujus ipsius pars est *Polemica*, Prudentia rei militaris, quam vulgò ad *Ingeniarium* & *Fortificatoriam* referunt. Et *Ædilitia*, Prudentia Urbis curandæ, quam regit *Architectonica* civilis.

§. 18. Cæterum, ut *Politicæ* signatè saltem agit de *Civili* ^{Cui tanquã generaliori,} societate s. Republicâ, optimam ejus formam ex principiis ^{generaliori,} tum per ipsam *Naturam* immutabilem, tum per *Gentium* omnium aut cultissimarum mores constitutis, *generalis* tantum syllogismo deducens; ita ad hanc vel illam *Rempublicâ* in individuo ritè constituendam & dextrè gubernandam maximè conducit, imò necessarium est, ut decretis *Philosophiæ* generalibus pro ratione status & loci specialia super- ^{Ob speciales casus hic enunc,} addantur *Statuta*, h. e. principia saltem *impositiva*, ex imperantis